



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Capvt V. Alexander III. a Belvacensi Episcopo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

CAPUT V.

Alexander III. ^a *Belvacensi Episcopo.*

Quod quidam, sicut asseris, ad confessionem de criminibus conveniunt, & quamvis confiteri velint, se tamen asserunt non posse abstinere: consultationi tuæ taliter respondemus, quod eorum confessionem accipere debes, & eis de criminibus confilium exhibere. Et licet non sit vera pœnitentia, admittenda tamen est eorum confessio, & crebris, & salutaribus monitis pœnitentia est inducenda.

NOTÆ.

1. ^a *Belvacensi.*) Ita legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 1. De Ecclesia Belvacensi nonnulla adduxi in cap. 13. de foro competente.

COMMENTARIUM.

2. **D**ifficilis admodum est præsens Alexandri de cœsio, dum in ea docetur, admittendam esse pœnitentiam ejus, qui asserit se à peccato, quod confitetur, abstinere non posse, etiamsi vera talis pœnitentia non sit, cum certum omnino sit, ad pœnitentiam ut sacramentum desiderari dolorem de peccatis admittis, & propositum amplius non peccandi. Unde in cap. illo 9. de pœnit. dist. 3. juxta veram ejus literam, quam restituit Loaysa in notis ad D. Isidorum lib. 2. sent. tit. 3. ita legitur: *Ille pœnitentiam dignè agit, qui sic præterita mala deplorat, ut futura iterum non committat; nam qui plangit peccatum, & iterum committit peccatum, est quasi quis lavet laterem crudum quem quanto magis abluerit, tanto amplius lutum faciet.* Unde perdifficile est, quomodo sit admittenda pœnitentia illius, qui fateretur abstinere se ab eo peccato, quod confitetur, non posse. Pro hujus textus expositione varia adduxerunt Theologi Moralitæ Gabriel in 4. dist. 17. quest. 1. art. 3. Paludanus ibidem, quest. 7. Sylvester verbo Confessor 4. quest. 2. ad finem Victoria de confessione, num. 163. Cano in relectione de pœnitentia, part. 5. in fine. Medina de confessione sine pœnitentia cordis facta, Fragofo 1. part. de regim. lib. 2. dist. 4. asserunt admitti similem pœnitentiam, seu confessionem, quia licet fru-

ctiosa non sit quoad gratiam, tamen sufficiens est, ut talis pœnitens adimpleat præceptum Ecclesiæ annuæ confessionis, & ut excusetur à pœnis impositis in cap. omnis hoc tit. Verùm hæc interpretatio fuit veri nequit, cum præsens textus sit Alexandri III. & textus in dist. cap. omnis, Concilii Lateran. celebrati sub Innocentio III. quare affirmari non potest, Alexandrum in præsentem præfuisse de obligatione annuæ confitendi peccata, Joannes Sanchez in select. dist. 10. num. 6. asserit pœnitentem absolvendum esse dum proponat se amplius non peccaturum, etiamsi deferere non possit occasionem peccandi: quem transcripsit Barbosa in præsentem. Sed his omnibus omissis dicendum est cum Julio Lavoro de Jubileo 2. part. cap. 14. numer. 76. Vivaldo in Candelabro, lib. 6. de attritione, num. 5. in præsentem textu agi de illis, qui cum accedunt ad pœnitentiam, asserunt se ob suam fragilitatem credere se abstinere non posse à peccato, sperare tamen se à Deo impetraturos auxilium, ut liberari valeant; qui licet non habeant perfectum dolorem cū proposito amplius non peccandi ex se, & ideo vera pœnitentia non videatur; tamen quia ex Dei misericordia confidunt se amplius in peccatum non fore lapsuros, ideo pœnitentia illis injungenda est; non enim desideratur in pœnitente, ut existimet se amplius non peccaturum, sed sufficit propositum non peccandi: nam hoc voluntatis est, illud intellectus. Nisi dicamus, in præsentem agi non de pœnitentia sacramentali, sed de salubri, in dicta ad promerendam Dei gratiam, ut ita qui peccata confitetur, possit se ab occasione peccandi abstinere: unde ait Alexander in præsentem, salubribus consiliis, & monitis esse similes pœnitentes adjuvandos.

CAPUT VI.

Idem ^a *Triburiensi Archiepiscopo.*

Licet tam veteris, quàm novi Testamenti pagina, Et infra: Si autem illi, qui aliquos dies in pane, & aqua ex injuncta sibi pœnitentia tenentur peragere, panem quo vescantur, non habent, leguminibus, aut piscibus, aut aliis ^b cibariis reficiantur, si necessitas id exposcat. Discretionem tamen adhibita, quod his non addelicias, sed ad sustentationem utantur.

NOTÆ.

1. ^a *Triburiensi.*) Ita etiam legitur in secunda collectione, sub tit. de feriis, cap. licet, sed veram inscriptionem dedi in eodem textu in hac sexta collectione.
2. ^b *Cibariis.*) Hujus textus mentio fit in canoni-

bus pœnitentialibus, can. antepenult. ibi: *Insuper notandum est, quod si pœnitentia in pane & aqua imponatur non habenti panem, potest loco panis leguminibus, & pisciculis vesci, & etiam aliis sine necessitate illud requiratur. Extra de pœnit. & remis. Et autem textus hic intelligendus de cibis jejunantibus non veteris; sciendum enim est, pro tempore ipsius*